

卷之三



## Argumentum

Alexander Senensis nobilis ac uetus cinnutiorum  
familia ortus: pueri libus annis Româ mittitur: ubi  
ppter ægregias atq; præclaras animi dotes ab oī  
bus mirificæ diligitur. adeo ut illum Comes Hie  
ronimus homo clarissimus & Six. Quarti Ponti.  
Max. nepos in familiam suam assūmere non dubi  
tarit. Annum deinde natus sextum & decimū Se  
nas æger repetit: ibiç cū luctu omniū suorū acer  
bissimo uita defungitur. Socios habuit Demetriū  
& Hermete: quorum opera & offitio pueri con  
sultum est immortalitati. Namq; simulac defunctus  
est puer: alter illi carmen: alter similes in ære uul  
tus eius memorie dedicauit.

*Anno nativitatis sex  
in 4 decimis  
vita defunxit*

Alexandri Pueri Senensis multorum nostri tem  
poris Poetarum Epigrāmata foeliciter incipiunt.

## IOHANNES ALOISIVS.

Alexandro adolescētulo prohdolor: elegantigra  
tissimaç forma conspicuo. xv. an. nondum tran  
missis: e manibus Romae plorantis aerepto: cū ab  
Urbe ubi multa surgentis uirtutis: & precoq; in  
genii monumēta dederat: Senas unde nobilibus pa  
rentibus oriundus ortusç erat: reuersus apud suo  
rum lachrymas animam efflauisset.

*Amici pientiss. bene meren. posuere.*

Q uod desiderium puerimors atra relinquis?

*Affectus quantos contegis ude lapis.*

O ccubuit medio florentis uere iuuentae:

*Heu nunq; magnis est data longa dies.*

*Sigismundus Fulginas.*

I lle ego sum sacra nimium dilectus in aula:

*Cui genus et patriam Sena superba dedit.*

N omine alexander cunctis prælatus ephebis:

*Ingenio: forma: uoce: pudore: fide.*

*Con. p. i.*

*Ephes.*

*Fructus amicti*

V iuere quem post fata facit pia cura Demetris:  
O quantus ueris fructus amictiis.  
I s similes nostro uultus formauit in aere:  
Is me materiam Vatibus esse dedit.

*Ad Demetrium de morte sodalis*  
Ad Demetrium de morte sodalis  
Manilius Rallus Spartanus.

*T*ecum flere iuuat líquidoq; madescere luctu:  
Et tecum in duros fundere uerba deos.  
*S*emper enim extincti renouatur cura sodalis:  
Atq; animum assiduo s;ua dolore premit.  
*D*eformare suos potuit mors atra capillos:  
Quo cecidit tantus mentis et oris honos.  
*I*lli quid facies? quid uirtus profuit? aut quid  
Aetas: perpetuo iuuere digna sua.  
*I*nunc et facie letum contépne: sororum  
Non nouit formæ parcere turba trium.  
*O*ccidit hic; & tota suum flet Roma cadauer:  
Heu quatus paruo tépore fluxit horos.  
*T*ecum flere iuuat: modo sit dolor utilis: atq;  
Coniugis euridicen non reuocauit amor.  
*M*aterno luctu potuit num Thetis Achillem:  
Eximere: aut gemitu Pelea rauca suum?  
*E*uadne quid maesta suo pro coniuge fecit?  
Vulnere non potuit hæc nisi maesta frui

*annus farrus*  
*annus vixio*  
*Elias*

*Pinella Goffio*

Q uod superest igitur manes animaq; rogemus:  
Perluat ante manus purus utriq; liquor.

*S*uccincti pulla relegemus ueste fauillis  
Ossa: super nostrum fundat uterq; merum.

*H*æc etiam níueo fundantur nectare: post hac  
Quæ cadit ex oculis illa lauentur aqua.

*Q*uæ quom Migidonio cōdantur marmore: circu  
Mirra fluet: circum thurea dona fragrent.

*H*is actis cineq; hoc foelix casa carmen habebit:  
Quo possit titulo cultior esse breui.

*H*ic situs est quondam Romanæ gloria pubis:  
Raptus alexander: flens pie lector; abi.

*Manilius Rallus Spartanus.*

*H*ic situs etruscæ Senæ pius urbis alumnus:  
Clarus alexandrum dixit uterq; parens.

*B*is consumauit septenæ tempora messis:  
Inuidit Iuistris quom mala parca tribus.

*F*ronte deas: cantu teneras uincire puellas  
Et ualuit forma sollicitare viros.

*Q*ue pallas: que sancta uenus: charitesq; uenustæ  
Bellipotensq; ferox instituere simul.

*P*rodere parce suum tellus uiolare cadauer:  
Sospes nam fuerat non grauis ille tibi.

*Quarqualius.*

M oribus ut forma cunctos superauit ephelbos :  
Cuius in hoc tumulo membra decora iacent.  
V ix tribus huc rapuit lustris mors sua pactis  
Nomen alexander : patria Sena fuit.

*Thomas Astyus.*

C larus alexander tria lustra peregerat : illi  
Extremum statuit quom fera parca diem.  
P assa domus summa est incômoda : luget adeptu  
Virtutum & pulcri corporis omne decus.  
S enensem ad patriam cū Roma remisit alumnu  
Hic obit heu iuuenis : prohdolor atq; nephias  
Patrício Iuueni Thomae Tornabono florē in mor  
te Alexandri Senen . pueri formosiss. Marsus  
D efleat infoelix æuum lachrymabile fatum :  
Nanc; suum etrusca fluxit in urbe decus.  
F lete pii comites : & cari flete sodales :  
Heu iacet in tusco marmore uester honos.  
F lete Iouis magni proceres : flete aurea tecta :  
Decidit heu uester qui modo custus erat.

*Praecep*

D efleat omnis amans : Romanaq; uirgo nurusq;  
Et fleat amissos nymphæ latina iocos.

F le quoq; cū gemis Venus aurea amoribus una :  
Heu periit toto numen in orbe tuum.

F range arcus : extingue faces faretrate Cupido :  
Et sint in digitis spicula nulla tuis.

H eu periit latiæ quod erat decus ône iuuentæ :  
Et simul humani delitiæ generis.

H eu puer ægregius niuea iam conditur urna :  
Quantum imaturo raptus ab ille die.

C larus alexander quo nil generosius usq;  
Esse puto : iliacos nam referebat auos.

E t patria insignis : Tyrrena a sede profectus :  
Romam uirgine quæ peperere Senæ .

E t forma illustris : quo nil illustrius orbe :  
Vidit in eo sol & in occiduo.

C ui niueus cessisset hylas : & raptus ab ida :  
Qui superis liquidas nectare miscet aquas .

E t miserum uitreas qui se male uidit ad undas :  
Cepheo natus munere lyriopes.

O rebalides croceo signat qui in flore querelas :  
Quicq; orbum fecit amphidamanta Senem .

E t cynara mirraq; satus monumenta doloris :  
O cytherea tui dente peremptus apri.

E t simul infelix magno congressus Achilli :  
Priamides curru tractus ab ille suo.

*Nymphæ*

*Uenit amica*

*Cypnob phorbas*

*Iana pista*

*Niuea Vera*

*Iliani Ami*

*Niuea Hyllas*

*Taminalis*

*Lyriopes*

E t Gnidius lyrico celebratus carmine Giges:

Quin & bucolica clarus Alexis ope.

D eniq; pieris si quis fuit auctor amoris  
Vatibus: huic puer cederet: ille puer.

C æsareas seruabat opes: & tecta tonantis  
Vnicus & celsa splendor in arce Iouis.

S eu foras templum charitum subiisset alunus:  
Sive etiam populis atria plena ducum:

E sset purpureo cum talis in ore uenustas:  
Tantaq; sideriis gratia luminibus.

I n se oculos omnis mox conuertisset ab omni:  
Parte senum: & matu: uirginis & iuuenum.

A trahit æs rigidum qualis magnesia uirtus:  
Cordaq; sic hominum subtrahere ille potes.

A dde etiam formæ uitam: moresq; pudicos  
Esset ut ægida castior yppolito.

M oribus ingenium si quis superadde et unq;  
Diceret hunc certe non habuisse parem.

E loquiumq; fuit puerili in pectore tantu:  
Heu quatum prisci uix habuere senes.

E t cui summa fides: in rebus herilibus ingens  
Cura erat: ut posses dicere abesse nihil.

C æsareis aceratq; epulis si quando minister:  
Inferior pueris non erat iliacis:

S iue ferocis equi lentas tenuisset habenas:  
Coepisset cursu ludere sive pale:

+ ferox bellator equus

*litterae operis*

*falsa templo*

*Magistrorum*

*Caput*

*Liquoribus*

*Epis. Epis.*

I udicio heorum pulcrum superasset Iulum:

Et simul erutili candida facta phrygis.

T ractassetq; leui suaves si pollice cordas:

Pierios cantus emodulante lyra:

O rphea dixisses: seu claruz Amphiona ab aura:

Emersum in superas inferiore domos.

Q uantum foelices hunc qui peperere: dedissent

Fata magis longos si meliora dies.

I ndole cum de se bene iam sperare liceret:

Et magnam patriæ polliceretur opem:

H eu decoris tantum mors insperata repentis:

Vulnere dira suum sustulit ante diem.

N ondum terq; anno superauerat annos:

C um cadit ille æui gloria magna sui.

C onficitur micrbo/celsa miserabilis arce:

Ad Vaticanæ templo uerenda dei.

S perat mutato cum posse sub aere corpus:

Soluere ab infandis febribus horridum:

I n patriam infoelix: & rota in tecta resertur:

Heu heu quod medici consuluere truces.

H ic languens inter fratrum gemitusq; scororum:

Vtralq; & misera matre secante genas:

P langentiq; simul dictu miserabile pectus:

Pallidulas etiam sepe fouente manus:

E t desiderio & lachrymis sine fine relictis:

Castum exhalauit pectore spiritulum.

*Si ueris Cœs*

*Mors Insperata*

*Infaundi febris*

*expio Genitulu*

*Pallidula manus*

*Spinafulus*

*D*piritus superas cessit peregrinus in auris:  
Redditur infausto sydere corpus humo.  
*M*agnus Alexáder: sub primo extinguitur æuo  
Heu pilii uita dignior ille senis.  
*C*orruit hetruscæ specimen & gloria pubis.  
Et pulcrum in nostro tempore quidqd erat.  
*C*ur dederas cito quod raperes parca ipia lumen  
Sidereum: o uotis inuidiosa piis.  
*H*unc tantum terris fata ostendere latini:  
Cur non in latiō longius esse finunt.  
*D*itibus inuidit coelum: & fera sidera terris:  
Nunc quibus heu tantum surripuere bonum  
*F*lete igitur decus amissum: nam flere iuuabit  
Tyrreni: & gentis pectora Romulæ.  
*A*nte alios te clare Thoma Tornabone amico:  
Aecepto in coeli culmina flere licet.  
*N*on quod stellifero iam nos despctet ab arce:  
Sed quod a nostro lumine lumen abest.  
*Q*uod periere ioci: casta & tua sola uoluptas:  
Solamenq; tuum/delicizq; tux.  
*Q*uod nisi mærem toto nihil orbe reliquit:  
Et desiderii pectora plena sui.  
*Q*uid supereft: caro lachrymas exolute sodali:  
Signentur pictis tristia busta notis.  
*M*armor alexandrum generoso e sanguine ratuz  
Hoc tenet: etruscæ quem peperere Senz.

*N*ulli erat inferior forma: nulliq; secundus:  
Moribus: heu terna raptus olympiade:  
*S*ustulit e miseris fulgentia lumina terris:  
Hic situs: & tota fletur ab eturia.  
*FL.* Pantagathus.  
*A*d mea formosí Iunenes concurríte fata:  
Lugete: & mecum dilaniate genas.  
*E*t quæ sit fallax uitæ mensura leuisq;  
Scire uel ex nostro funere quisq; potest.  
*A* hq; sæua mihi: quantum fuit impia Cloto:  
Neuerit infausta: pullaq; fila manu.  
*D*um uixisse iuuat: uiridiscq; irrepserat ætas:  
Et uelut ex alto precipitatus: obi.  
*R*ebar enim priamum superare: Castora canum:  
Fata negant: uixi uix tria lustra miser.  
*L*aude tamē uiuā quoniā mihi flauius Hermes  
Addidit: ætati: munera magna meæ.  
*V*iuere me faciet longeuæ sæcla sibillæ:  
Inuida mors laudes non rapit ulla meas.  
*I*lle meum nomen: uultumq; effinxit in ære:  
Heu quantum potuit ingeniosa manus.  
*E*t ne uel longo pereat mea tempore imago:  
Rumperet aut tandem: tam pia signa dies:

M ille poetarum collegit carmina: quæ me  
Eternis faciant uiuere temporibus.

T ot de me ærepto laudes & facta canuntur:  
Ingeniis quot sunt ædita disparibus.

S yrenas uici: níueumq; argutus olorem:  
Cum sibi supremum iam uidet esse diem.

V icimus & forma: miscentem uina tonantur:  
Rarior & nostro stabat in ore pudor.

A ttamen ista breui perierunt dona uolatu:  
Nulla igitur fatis est adhibenda fides.

Fl. pantagathus. S. A. ex uoto.

V ix terquinc; mibi Lachesis pñeuerat anno s:  
Cum miserum fati: pressit acerba cies.

N omen alexander: Domus est cynnutia: mater  
Sena fuit: cantus: forma: pudorq; uale.

Johannes Baptista Viterbiensis

F lebilis ante diem iacet hac Alexander in urna;  
Da lachrimas mæsto: quisc; ades tumulo.

S ena dedit cunas: aluit sed Roma: supremum  
Quæ dederat cunas: & dederit interitum.

D igna deo facies: grato conspersa cœcre  
Aemula pestanis ora fuere rosis.

Argentoratum

Emilia Dax  
Præfatae Rosæ

S parsus erat molles per candida colla capillos:  
Forma tamen castis moribus & qua fuit.

I ngenio facilis: mactus uirtute: uetustis  
Nobilis etrusco sanguine cretus auis.

D um repetit patrios securus ab urbe penates:  
Immeritos clausit mors uiolenta oculos.

F lete nephas: toto facinus miserabile seculo est:  
Vix quater impletas uidit olympiadas.

marinis uiribus

Immeriti Capilli

Olympiadas

Lucidus Aristophilus.

M e thuscæ peperere Sene: Cinnutia gens est.  
Heu ualui forma: uoce: pudore: fide.

N omen alexander: quæ uir: quæ foemina amauit:  
Et nunc extinctum foemina uirq; dolet:

N am cui non mea mors sic imatur a doleret:  
Si tu non poteris flere uiator: abi.

M æsti parentes filio sanctiss: Qui uixit an. xx.  
men. octo. D. xx. H. xi. sibi posterisq; suis.

Posuerunt.

Lucidus Aristophilus.

Q uantum Sena meo gauisa est nobilis ortu:  
Tantum imaturo tiristior est obitu.

G rata fuit quoniam patriæ mea forma: pudorq;

Et uox & fidibus non minus apta manus.

F orma: pudor: cantus: mecum periere: lyræq;

Heu quis non posset morte dolere mea?

A ut quem non moueat tanti iactura doloris?

Exemplum uite sum breuioris tabi.

Franciscus Noxetus. cap. xiV

H ic situs est per quem forma Narcissus: & ipse

Crinibus et cantu uictus Apollo fuit.

M itis alexander/patria Senensis iatrocœs.

Impubem flente hunc orbe tulere deo.

Eiusdem

F er tumulo uolas: & lilia: basia mixtis

Fer lachrymis: transis q̄squis: & iste lege

D ignus odorato puer est post fata sepulcro.

Gratus odor cunctis & meus ante fuit.

P ar superis species: m̄x̄ stos superauit olores:

Vox mea: delitiæ & splendor & urb̄is eram

O rtus alexander Sena: quæ lustra peregi

Vix tria: quid gemitus fundis amice? uale.

Eiusdem

Q uem luxit: quo nil uidit formosius orbis:

T uscas Alexander contegor hoc tumulo.

Eiusdem de Demetrio

D imitriū quid flere uetas nimis improba turba?

Quid prohibes miseris dilaniare genas?

I ussit alexandrum postq; sua tecta subire

Jupiter: huic animæ dimidium rapuit.

D imitrio fuit is spes unica: uita: uoluptas:

Et numen: cessant hæc quoq; cuncta simul.

M æstus alexandro cur non siet ille perempto?

Quem propter Tigres ingemuisse ferunt.

Eiusdem

Postq; Cinnutium Alexandruz Senensem forma:

pudore: cantuq; nō minus iusignem: q̄ gestis Alex-

ander ille Macedo fuit: tam immaturo obitu fata

rapuere: risus tacet: charites squalent: pullata Ve-

nus est: ferturq; pyrides dolore tactas non nisi lu-

gubre Vatibus subministrare carmē: & iurasse nō

prius aliam sumpturas lyrām q̄ munere suo: toto

notus orbe: & immortalis Alexander factus sit.

Vixit an. xv. Men. viii. D. xx. H. vi.

Tam bene merentur Pueri Iacrum hec simul & diuinum numisma pientissimis sodales flauius Hieronimus & Dimitrius lugentes.

Eiusdem Deinde

Posuere.

Alexis in Alexandrum Senen. Puerum formosiss.

Hic puer est patriæ dum uixit amena voluptas:  
Publicus et contra mortuis ille dolor.

Quo certæ dyana suum mutasset ephebum:  
Tanta uenustatis forma nitentis erat.

Quicq; etiam nimbis habitu permixtus eodem:  
Falleret intuitus deciperetq; tuos.

Cum nondum tenera signat lanugine malas.  
Et ter olympiaco puluere uidit equos.

Iuuida mors huius claros extinxit ocellos  
Humani generis prob mala conditio.

Eiusdem.

Qui potui Nymphas Sena generatus etrusca:  
Atq; deas forma sollicitare mea.

Nostra bis octonus x tas cum uiderit annos  
Occubui fato præripiente diem.

mores humani  
mores mala Cenno

Et quāuis lachrymas ciat hæc tibi lector: & illa  
Plus est quod domini cura dolorq; fui.

Eiusdem.

Sena genus phrygii fuerat cui forma ministris:  
Nomen alexander hic puer ossa tegit.

Eiusdem.

Quæ genus atē dedit: nūc dat mihi sena se pulcræ  
Cum caperent annos iam tria lustra m̄cos.

Nomine alexandri miseri dixere parentes:  
Hec mihi q; paruo tempore uterq; parens.

Qui potui cantu Syrena: decorare napeas  
Vincere: reliquias hæc habet urna meas.

Eiusdem Alexis Romani.

Etruscas decus unicum per oras:

Senæ gloria nobilis superbæ.

Ideo similis puer ministro:

Communis calor utriusq; sexus:

Naturæ speculum laboriose:

Lustris cum tribus addidisset unum

Fato prob scelus impium maligno

Raptus: mārmore conditū sub isto:  
Cui iam si lachrymas neges uiator:  
Credam te quoq; denegasse patri.

Publius Amerinus.  
Mores: forma: pudor: catus: cytharæ: lyrae:  
I licet heu uester concidit omnis honos.  
Pessit alexandrum: mors immatura Senensem:  
Vivere qui nostro munere dignus erat.  
Flet patria extinctuz: flet gens cinnutia florem:  
Amisso deflet sexus uterq; iocos.  
Nae pueri nūeum marmor preme mēbra sepulti:  
Sed te quæ fuerant candidiora soue.

Publius amerinus.

Armore alexander facit hoc: cinnutia proles:  
Cui similem etruscae non genuere Senen.  
Nomine: gente: loco: felix: felicitior ore:  
Et fidibus: cantu: moribus: ingenio.  
Quæ pueri poterant ars & natura dederunt:  
Heu puerum indigne merlit acerba dies.  
Quod si dii terris talem inuidere ministrum:  
Debuerat phrygio pro ganime de rapi.

Emilius. ho imius q̄tis alrogio  
Talis alexander facit hic: super ethera qualis  
Phryx puer aligeri proditus ungue Louis.

Huius alexandri lector si forma se pulti  
Ante oculos posset uiua uenire tuos.  
Tiam fleres tenero raptam crudeliter æuo:  
Quam superi pelopis indoluere necem.

Paruus alexander facit hic: sic pubis etruscae:  
Martis ut Emathii gloria magius erat.  
Et bene nunc audito sublatus uterq; tonanti:  
Sufficiet pugnas ille: sed iste dapes.  
Syrenas cantu pueri ore Medusa ferebar:  
Dum uixi cunctis obuius ardor eram.

Herme tuus nostros accrescere definit annos:  
Iupiter: astra mihi sero habiture comes.

Emilius de morte alexandri Senen.

Ergo nephas summis rebus optare serectam:  
Vilia quæc; diu stant: pretiosa parum.  
Testis alexander iuuenisc; æreptus Achilles:  
Hic troie domitor: alter & orbis erat.  
Testis alexander puerorum gloria tuscus:  
Delitiæ quondam patria Sena tuæ.  
Cui genus & mores equitis cinnutia proles:  
A cynna ueteres consule iactat auos.

*Nais*  
Corporis atq; animi cui formosissima uirtus:  
Cantus & orphez dignus honore lyre.

*Sed imprel*  
Hunc solita ardenti p̄quirere Nais ab unda:  
Conata est tedis flectere posse suis.

*Calydon*  
Hunc & amadriadum certauit habere sororum:  
Turba uirum: querno cortice uulsa caput.

*omnibus*  
Hoc & Amazonios iam permutasset amores:  
Delia: nī flauī continuisset amor.

*Velva febris*  
Dilexere omnes: oderunt impia fata:  
Sola: quibus pr̄stat ferrea corda calybs.

*Alexander Cygnus*  
Quā subito langore oculos duo sydera terris:  
Stantia: compressis occulueret genis.

*Phebus*  
Pallorem albentes mox diffudere per artus:  
Dum calor aut gelidæ frigora febris habet.

*Naus*  
Inuasere metus puerilia pectora mortis:  
Spectabat stigix nam prope uela ratis.

*Alcyone*  
Acripitur tandem dubium Iouis alite: siue  
A cygno paphix ductus in ora deæ.

*Cygnus*  
Ile uel igniferum phoebi subiturus in axem:  
Qui radiante nouum proferat ore diem.

*Nec Phœton*  
Nec phœtonreas reddi trepidabit habenas:  
Vsta semel pluvio questacq; terra Ioui.

*Hercules*  
Hic est ille puer qui dum bene uixit: amicos  
Fouit: amatores perdidit usq; fugax.

*Heracles*  
Hic flauī Hermetis constanti foedere solo:  
Tentus amicitiæ mutua iura tulit.

*Confidatio mea fratres amici*  
Matri ab intuitu moriens distractus: acerba  
Culpauit lachrymas conditione pias.

*Imperio Tiberius*  
Inquit enim coeli repeto foelicior aulam:  
Orba licet: nullis luctibus esse colas.

*Nenia*  
Admonuit fratres: tristes solatus amicos:  
Ante alias flauī proxima uota sui.

*Funeris*  
Protinus extinctum feralia dona sequuntur:  
Ante cupressiferos & toga nigra lares.

*Funeris*  
Fertur ad exequias: lugubri Nenia plactu:  
Et resonat tota luctus in eturia.

*Funeris*  
Roma noui postq; crudelis nuntia leti:  
Fama uenit: scissas uerberat ungue genas.

*Funeris*  
Incusare deos si phas mihi deuia terris:  
Nec superum pietas incolit æqua domos.

*Funeris*  
Aut si quā imodicis cessat succurrere rebus:  
Magna adeo fatis inuidiosa ruunt.

*Funeris*  
Nunc si quando ullis animatur imagine ceræ:  
Tēpus adest: statuas marmor & æra ferant.

*Funeris*  
Viuat alexander tenero spectabilis xuo:  
Pictus Apellea parrasiue manu.

*Funeris*  
Tuq; age: pelleum ueluti Lysippus ademptum:  
Belligerum sculpto reddidit aere ducem.

*Funeris*  
Herme tuum uariis Pyladen sic perfice signis:  
Et quacunq; potes: utere parte frui.

*Funeris*  
Hesperii pariter famæ monumenta poetæ:  
Dent sua: post summum non oblitura roguz.

I pse ego quo potero manes laudemq; sepulti M  
Huius & officio prosequar ossa pio.

Timotheus Lucensis.

Postq; Alexander puer Senensis uirtute & forma  
admirabilis extinctus est: credidere mortales: su  
peros iterum in pueros exarsisse.

Iohannes Ferrarien.

Heu qui quondam clara ex stirpe Cinnutia) Senis  
ac Romæ tanq; Lucifer matutiuus emicuit: & inef  
fabilis formæ gratia præfulgens ad sui contempla  
tionem cunctorum mortalium oculos allexerat:  
cuius decori natura ipsa cesserat ad quem forman  
dum omnis superum chorus: & planetarum amica  
biles aspectus conuenisse creduntur Qui orpheuz  
cythara: dryades chorea: cantuq; peonias puellas:  
omnium iuditio superasse comprobatur. Prohdo  
lor iterum clamare licet heu heus O lepidissimus  
puer Alexander, inuidis fati immaturo raptus in  
teritu: hoc angusto nimis & funesto amarissi  
mis omnium lachrymis deploratus: nunc defun  
ctus universis desolatis occubat in tumulo:

An exalto prospectans piissimus deus comoueri  
flechiq; non debuit tantarū maxime splendore uir  
tutum. Verū coelicolas nescio quo zelo censuisse  
arbitror iniuriam ipsis celestibus fieri ni eterris ad  
superna tam nobilis thesaurus raperetur.

Senenses nymphæ gelidi quoq; numia fontis.

Plangite disciso pectora uestra sinu.

Vester amor tuscas quo non formosior urbes

Viderat aut domino gratiō illus erat.

Quid nō fatrabit: teneris correptus in annis.

Am Extinxit patri & lumina quanta suæ.

Exutus colles & amenam fontibus urbem:

Turba colis: laceros iam bene plange sinu.

Qui fuerat uidu & lux quondam clara parenti:

Primo cassus munere lucis obit.

Mors matris: patri & q; nimis lugenda Senensi:

Haut dispar domino cura dolorq; fuit.

Turba pios luctus tantq; impencia formæ.

Solari cupiens talia uerba refer:

Sit modus hic moheo lachrymis neq; ultra dolēdo

Lædite conuersas in meliore uices.

Acte puer ualuit cuius certare puellis:

Vultus olorinos uox superare modos.

Prospectans exalt  
Eclipticæ

d. festus finis

Larri finis

Impensu

Macte puer

Strenuus

T e deus æthereo purgatum sumat olympos:  
Perpetuus: reparet & tua damna bonis.

Chyriacus Floren.

C ompleram tria lustra Senas: me roma remisit.  
Interii: multis mors mea saeva fuit.

T u quicunq; legis nostra sub imagine carmen:  
Ad superos pro me te rogo funde preces.  
Sic tibi contingent longeue tempora uitæ:  
Atq; tuæ uideas funera tarda domus.

Pro alexandro Senensi formosiss. atq; optimo A  
dolescenti materno sermone Aug. Vrbinas.

L asso cum qual suspiri: o cum qual pianto  
Di te mi daglia: o impia morte: e dura:  
Chel suo thesoro hai tolto alla natura:  
Et alla terra la sua gloria: el uanto:

O imme el bel uiso: oime quel lume santo  
pocha polluere e facto: e ombra obscura  
Oime che breue fossa asconde: e fura  
La chioma dorso: el riso: el sonno: el canto.

S iche ueder fra noi già più non lice  
Vera belta: ne più sent' re dolceza:  
Ne più uirtu: ne più sperar costumi

O Sienato patria afflita: o infelice  
Regno damor: che fusti in tanta alteza:  
Versate oramai sempre amari fiumi.  
Baccius in somnium flauū Hermetis.

S tenchi di lacrymar: di sonno graui  
Prendean breue riposo el far del giorno  
Glöchi miei: quando un Angioletto adorno  
Ale assalì cum parole alme & suauí.

D ifsem: Io son colui che uiuo amauí  
Or morto piangi: & semiguardi intorno  
Vedrai: che in più bello habito ritorno  
Che la spoglia mortal che si laudauí

Q uel che era in me mortale lassato ho in terra  
Con lo spirito in ciel sono: nel daltro ho pœa  
Che del tuo pianger uano mia morte acerba

O r più non te doler: le ossa mie serra  
In un marmo con forme: e i pianti affrena  
Che & più dolce eser mecho il ciel ti sereba

Chyriachus.

I nun bel prato sottol clima thosco  
Suelto e per forra il uerde & nobil fiore  
Chera degnaltro in questa etade honore

Per chui diuenta il loco & laere foscho  
S plander più gentileza non conosco.  
Perduta e leggiadria in human core  
Hor ueggo ben rimaso in nudo amore  
Senza pharetra & archo solo & loscho.  
H ai cruda morte dogni ben nimica.  
Che per uoler seguir lempia tua uoglia  
Factolai infiniti cori dogliosi & moesti  
Q ui sol rimala bella & uaga spiegla  
Lui torna al ciel con suo dalti acti honesti.  
Sciolti dal mondo & da mortal fatica  
Q uanto pote natura studio & arte  
Di gratia di belleze & di costumi  
Concedere adun solo: Morte or costumi:  
E inuola al mondo la miglior sua parte.  
Q uante lachryme meste ad terra sparte.  
Vedren: chiusi i celesti & chiarilumi:  
Quanti poi de Elicone deriuari fiumi.  
Quante perme stracharsi inchiostri & carte  
O superi iuidiosi o crudel parca  
Chi tha permessa potesta si in terra  
Che ardischà anchor nellì Angeli seuire.  
O non nascer costui che Suyge or narcha.

O per gratia del ciel poi che nato era;  
Douea per certo non poter morire.

Berardini Cyl. Veronen. Epitaphiu de alex. Seni.

Heu hospes siue nostrate lingua siue sapis exotica  
Huc ades: paululum te uolo. Alexandro Senensi.  
Cinnutia equestris ordinis familia genitor. Cu ius  
pulcritudine: gratia: pbitate: Comitate: hesitauere  
mortales: Annos agentis sexdecim iteritu pullata  
Roma condoluit. Flavius Hermes & Demetrius  
impotente amore: & amissi desiderio foelicissimi  
animis sacrum hoc Cupidinum posuere.

Moribundi.  
Hoc te ut scires uolu. I. Valens in negotium.

Eiusdem.

Qui sit amicitiæ nexis dulcedine fructus:  
Ex me disce puer: tuq; puella rudit.

I pse ego Alexander proles cinnutia Senis  
Editus: exacti corporis unus hc nos.

L anguidus: excelsa Sixti dum uestor ab aula  
Ut foveam patrío mortua membra solo:

Quina male in coepita uidi triaterica messe:

Raptus & angusto marmore claudor in hoc.

N on mouere deos uiduæ suspiria matris.  
Mors tenet hic: hominū fama per ora uolat

Sapio

pater

Tractatio

H ermeti nostros formare numismate uultus:  
Carmina demetrio fundere certat amor.

Eiusdem.

N on tam clara meæ cinnutia gentis origo:  
Senaq; natali nobilitata nouo:  
N on decor & catus: quibus haud mortalia dico  
Pectora|sed magnos exuperasse deos.  
Q uid mihi floreti prodest coluisse iuventa:  
Hermetem sotios Demetriumq; pios.  
F ata bis octonus ineuntem lentius annos:  
Hoc rapiunt tumulo depositura breui.  
V iuo tamen uiño:& quantum Romana manebit  
Curia: de nostro stabit honore sonus.  
C armina demetrius lachrymosa fidelis adoptat:  
Et reuocat uultus alter in aere meos.

Pindari Theotonici.

S ena locus patriæ: pater est cinnutius: & se  
Consule de cynna iactat origo mea.  
N omen alexander: pueros dum uita manebat:  
Senenses inter par mihi nullus erat.  
S ed genus & patriam superauit forma manusq;  
Contentusq; mea sum modo laude puer.

Natalis nemis

I ntonso poteram cythara cōtēdere phoebo:  
Et phrygio forma non ganime de minor.  
Eiusdem.

S i uerum est parcas fatalia condere iura:  
Nascentiq; suas cuic; notare dies:

S ic puto de puerō tris constituisse sorores:  
Viue parum; summum post aditure louem.

Eiusdem.

P ontificis sacra summi dum uixit in aula:  
Candor: alexander conditus hoc tumulo est.

Q uo melior forma: nec cantu dulcior alter:  
Tergemino fuerat uisus in orbe puer.

S iue suos cythare dígitos aptabat: Vlixen:  
Cum surda potuit detinuisse rate:

S eu uoluisset equo tenerum supedere corpus:  
Enituít forma pulcher iule tua.

H uius in aspectu pueril quid prosequor ultra:  
Crediderim cunctos elaborasse deos.

Pindari Theotonici Carmen.

In his Phrygus  
Phrygus Damis,

Fatalia linea

Candor



m3

